

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Dekα

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Caroli Cantocлари notae in Iuliani Caesares

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)

Parisius, a. 1583.

CAROLI CANTOCLARI
 Confiliarii Regii, & in Curia libellorum supplicum
 Magistri,
 N O T Æ
 IN IVLIANI CAESARES.

Ornatissimo viro

V I D O F A B R O

Sanctioris Regis Consilii Confiliario, & in Senatu
 Parisiensi Præsidi,

CAROLVS CANTOCLARVS

S.



Si, vir ornatissime, ab hoc studiorum genere mea me iamdudum suscepta vitæ ratio prohibet; non possum tamen me non ad mansuetiores Musas interdum, quoad per occupationes licet, referre. Neque vero, quamvis iam tum a prima pueritia in his multam curam ac diligentiam posuerim, unquam ego quidquam, ut in publicum & vulgus ederem, persuaderi potui; sed omne meum tempus, ea quæ ex litteris percipitur animi delectatione traducendum putavi. Etenim quum minimum, immo nullum, hominibus doctrina ornatis honorem haberi aut præmium constitui viderem; si quid in eo genere conarer, me tempus & operam ludere & perdere existimabam. Accedit quod verebar, ut me in obtrektorum sermones demitterem, potius, quam nomini meo gratiam & decus conciliarem. Sunt enim plerumque hominum animi tanta malevolentia suffusi, ut, quantum aliis detraxerint, tantum sibi laudis additum esse putent. Quamobrem quum ante aliquot annos hunc librum

brum nactus Latinum fecissem, me sustinebam, & in lucem proferre nolebam. Verum nescio quomodo tandem amicorum adhortationibus de mea vetere sententia depulsus cessi, & hanc meam lucubrationem in luce atque oculis hominum versari volui. Huic quum ego patronum quærerem, in cuius fidem & tutelam se reciperet, memoriam ad eam, qua me semper es complexus, humanitatem reuocaui. Itaque hanc nostram operam, quanti est, (tanti autem erit, quanti tu esse volueris) omnem ad te defero: quam ut suscipias, & ut susceptam tuearis, rogo. Vale.

LECTORI.

Tot tantisque mendis scatebat hic liber, studiosè Lector, ut mirum nemini videri debeat, si in prima editione nonnulla sint, quæ tu fortasse non probes. Quatuor omnino in manus meas exemplaria venerunt. Quorum primum cuiusdam amici mei beneficio, quem heic nominatim certis de causis appellare non libet, habui. Alterum vir optimus & veterum auctorum studiosus Petrus Daniel mihi commodauit. Tertium vero Petrus Pithoeus, Iurisconsultus doctissimus & in restituendis antiquis auctoribus felix & ingeniosus, mutuo dedit. Quartum, cæteris sanè non emendatius, nactus sum ex illustrissimæ Heroinæ Catharinæ Mediceæ Reginae, tot potentissimorum Regum genitricis, bibliotheca. Neque vero exemplaribus istis tantum confidi, ut non quamplurima immutarim, quæ vel sententiæ vel Græci sermonis ratio non ferebat. Quod tamen parce & modicè, nec nisi necessario, feci. Sed nec iudicio meo contentus, in consilium adsciui Renatum Marchalum Boismoræum, virum vriusque linguæ peritissimum, mihi quæ a multis annis amicissimum; qui multos locos deprauatos restituit, & in aliis etiam restituendis me adiuuit & confirmauit. Quorum omnium rationem reddere, & quædam obscuriora, quæ hoc libro continentur, paucis explicare libuit. Tu vero operam nostram æqui bonique consule. Vale.



CAROLI CANTOCLARI
NOTAE
IN IVLIANI CAESARES.



Ag. 306. Totum hoc principium in omnibus exemplaribus erat perturbatum: nec interlocutorum personæ vlla distinctione notata. Nos, ut est, restituimus.

Ibid. A. lin. 9. παίζειν πεφρονισμένα) Bosmoræus ita interpretatur, *res serias ludos facere*, ut & illud Luciani: ἡ δὲ τύχη παίζει τὰ τῶν ἀνθρώπων, *Fortuna ludos facit hominum res*.

Ibid. lin. vlt. τῆς ψυχῆς) in exempl. Pithoei deest.

Ibid. B. lin. 2. Ἄλλ' ἐμοὶ ἔταύτη ἔοικεν ἀπαντᾶν τὸ χρεῖμα) *Mea ratio abhorret ab hac ratione*: scilicet, otium quod datur nolo terere in rebus ridiculis. Nec enim reiicit honestam animi remissionem, aut relaxationem; sed eos reprehendit, qui putant animi remissionem versari in aliis deridendis, aut risu commovendo, atque huiusmodi nugis agendis, a quibus se maxime alienum esse dicit. Scilicet Ciceronis illud probat: *Itaque quum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum auemus aliquid videre, audire, aut discere, cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad bene beateque viuendum necessariam ducimus.* Cæterum hic in quibusdam codicibus legitur, Ἄλλ' ἐμοὶ τεναλίον τὸ χρεῖμα.

Ibid. C. lin. vlt. Ἄλλ' εἶτε πλάσμα) In priori editione legi, Ἄλλ' ἐγὼ δὲ πλάσμα λέγω Ἑρμῆ, propterea quod sermo ex persona Iuliani haberi debere mihi videbatur. Verum omnium exemplarium consensus meam quidem sententiam inflexit, sed non omnino immutauit.

Pag. 307. A. lin. 2. εἶτε) Al. ὁ εἶτε.

Ibid. lin. 5. τί μὲν εἴν ἤδη) Al. τῆτι γὰρ ἤδη.

Ibid. lin. 7. ἀλλά μοι) Al. ἀλλ' εἴ μοι.

Ibid. B. lin. 10. πειθομένους) Al. πειθόμενοι.

Ibid. D. lin. 6. ἀτενέσερον) Al. ἀθενέσερον.

Pag. 308. A. lin. 5. μείζον εἶναι λέγων αὐτὸ) Quid si μείζων εἶναι λόγων αὐτὸ, ut R. M. Bosmoræus legit, & paullo post pro

Ibid. lin. 6. νῶ θεαλὸν) ἀθέαλον.

Ibid. lin. 7. προσιέναι) Fortè προσεῖναι aut προσοιχθῆναι.

Ibid. lin. 11. τῆ τῶν θεῶν ὄψει) Al. τῆς τῶν θεῶν ὄψεως.

Ibid. D. lin. 8. μή σε ὁ ἀνὴρ) Al. μή τί σε. Versus ex Homero Iliados φ vsurpatus a Domitiano Imp. in eo quem ad amicam quendam *de cura capillorum* scripsit libro. Sueton. in Domit. cap. 18.

Pag. 309. A. lin. 2. Παίζοντι) Sunt, qui addant post παίζοντι punctum, & aliam clausulam incipiunt ἐτι δὲ τοιαῦτα. Sed Silenus caluus fingitur: ideo similitudo Cæsaris cum Sileno ad caluitium referenda est, non ad ludentem Silenum.

Ibid. lin. 8. γενόμενοι) Al. γνώμενοι.

Ibid. lin. 10. καὶ Χάριτας) Al. καὶ χάριν.

Ibid.

Ibid. B. lin. 1. εἶναι δὲ) Vid. Sueton. in Augusto cap. 79.

Ibid. lin. 10. χρυσὸν ἀνήρατον) aurum obryzum.

Ibid. C. lin. 7. αὐλοῖς) Al. αὐλῶν.

Ibid. lin. 8. σώφρων τε) Al. σώφρονι.

Ibid. lin. 12. καυτήρες) Al. καυτήραι.

Ibid. D. lin. 2. οἶον) in quibusdam omittitur.

Ibid. lin. 4.) Homeri versus Iliados Π.

Ibid. lin. 6. αὐλῶ) Al. αὐλός.

Ibid. lin. 10. ἔτοσι, ὁ Σάτυρος) Credo post ἔτοσι tollendam virgulam, & post Σάτυρος adhibendam, hoc sensu: *Hic senex Satyrus me perterrefecit.* Vocat enim Tiberium per contumeliam *senem Satyrum*, propterea quod prouecta iam ætate salacissimus & impurissimus fuerit. Sic enim Suetonius: *In syluis quoque ac nemoribus passim venereos locos commentus est; prostantesque per antra & cauas rupes, ex utriusque sexus pube, Paniscorum & Nympharum habitu, palamque iam & vulgato nomine insula abutentes, Caprineum dictitabant.*

Pag. 310. A. lin. 1. προβάλλεσθαι) vt in medium adferrem, proferrem.

Ibid. lin. 3. 4. γραμματισὴν τινα) Tiberium aures amputasse cuidam grammatico, nusquam legere me memini, & opinor nullo in auctore haberi. Itaque in prima editione ἐργάσασθαι interpretatus sum *male mulctasse*, deinde ἔτο hoc nomine supple κατὰ aut διὰ, hoc sensu: Tiberium grammaticum quendam, quia præmeditata, quæ πεφρονισμένα Græci vocant, locutus fuisset, male mulctasse. Historia est de Seleuco grammatico apud Suetonium in Tiberio cap. 56. Sed quum a Græcorum verborum significatione hæc interpretatio paullo alienior esset, ab ea discesi, meque ad eam, quæ propius Græca verba adsequeretur, retuli. De hac re tamen Lectorem admonendum putavi.

Ibid. lin. 5. ἐν μονῇ νησιδῖς) Hic locus in omnibus exemplaribus, præterquam in exemplari Pithoei, erat corruptus.

Ibid. lin. 6. ἄθλιον) Al. ἄλιον.

Ibid. B. lin. 5. 6. κολακέων δῆθεν τὸν Κλάυδιον.) Nonnulli hæc coniungunt cum præcedentibus, & orationem post Claudium puncto claudunt. Tum etiam ἀντὶ τῆς δῆμῃς vertunt *ex persona populi.* Hæc interpretatio & lectio meo quidem iudicio ferri non potest: quia initium illius Comædiæ, vbi Demosthenes loquitur, non Δῆμῳ, non adulationem, sed deplorationem & contumeliam aperte continet. Sic enim ille:

Ἰατρίαιάξ τῶν κακῶν Ἰατρίαι.

Κακῶς Παφλαγὸνα τὸν νεώνηλον κακὸν

Ἄυλαῖσι βελαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοὶ.

Ἐξ ἧς γὰρ εἰσῆρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν,

Πληγὰς αἰεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.

quasi dicat,

Heu mala & calamitates!

Dii male perdant hunc sceleratum

Paphlagonem recenter emtum:

Ex quo enim in domum irrupit,

Semper plagas inurit & incutit domesticis.

Notat Claudium, quod ita addictus fuerit suis libertis, vt se ministrum, eorum non prin-

principem, gesserit. Sed & fere omnes ex sua familia, & sibi affinitate coniunctos, occidit: Appium & Lucium Syllanos, hunc generum, illum consocerum; Liviis & Pompeium, alterum generum. Atque adeo eum vocat νεάνηλον, quia boletorum & eiusmodi ciborum erat avidissimus. Græci καλαχύσμαλα vocant, quibus νεάνηλοι pascebantur. Vide Ammonium. Quæ vero sequuntur apud Iulianum, specie ipsa adulationem, sed reuera mordacem ironiam continent.

Ibid. C. lin. 3. μικρῶ δέ, ἄφρων καὶ ἄψυχον) Versio nostra huic lectioni consentit: aut, μικρῶ δέω φάναι, ἄφρων καὶ ἄψυχον.

Ibid. D. lin. 3. ἀποσεφαναθέντα) Forte hoc rectius, quam ἀποσεφανάμενον, quod in vulgatis legitur.

Ibid. lin. 5. συνέδραμον) Al. συνέτρεχον.

Ibid. lin. ult.) καὶ ὁ Ζεὺς) Quidam καὶ ὄξυς.

Pag. 311. A. lin. 1. Σάραπιν) Eum alii Iouem, & ideo hic fortasse Iouis frater; alii Nilum; alii Iosephum; alii Apidem, quasi σορὸν Ἄπιδος esse volunt. Vide Suidam in dictione Σάραπις.

Ibid. lin. 1. & 2. Ουεσπασιανὸν) Al. Ουβεσπασιανὸν.

Ibid. lin. 3. σμικρίνην) Al. σμικρόλογον.

Ibid. lin. 7. τῆς Ἀφροδίτης τῆς πανδήμης) Alludit ad id, quod Suetonius ait: Titus cognomine paterno *Amor* & *delitia* generis humani.

Ibid. lin. 9.) κλοιῶ δῆσον) Al. κλοιοδῆσον, vno verbo: *iuxta Phalaridem ferreis vinculis vincito, aut supplicio afficito.*

Ibid. B. lin. 1. χρηματίσαι δικαιοτάτῃ) Hæc in solo exemplari Pithoei reperiuntur, & absunt a reliquis.

Ibid. lin. 5. 6. ἀνισότητῃ) Al. ἀρισότητῃ.

Ibid. lin. 6. Φονικῶ θηρίῳ) Al. Φοινικῶ, quod ferri potest, siue ad id referas, quod Domitianus vultu ruboris pleno fuerit, ut apud Suetonium in eius vita cap. 18. siue ad id, quod sanguinarius (eo enim verbo utitur) fuit.

Ibid. D. lin. 5. μῶν Ἀντίνοον) Al. μῶν ἄν τινα. Cæterum nota est Antinoi historia ex Dione in Adriano.

Pag. 312. A. lin. 3. 4. τῶν διαπριόντων τὸ κύμινον) Græci vno verbo vocant κυμινοπρίσας, *cuminisectores.* Vid. Aristotelem Eth. lib. 4. cap. 1. & Athenæum lib. 7.

Ibid. B. lin. 3. τὸν δὲ ὅτι) Al. τῷ δὲ ὅτι.

Ibid. C. lin. 3. ἴσαθαι καὶ συνομαρτεῖν) Al. ἵπλαθαι καὶ παρομαρτεῖν.

Ibid. lin. 7. χαρήσασιν) Al. αἰνήσασιν.

Ibid. lin. 9. ἠδίκεῖς) Al. δοκεῖς, quæ lectio mihi videtur rectior. Nec enim quisquam auctorum absolute Pertinacem conscium cædis Commodi fuisse dicit. Sic enim Capitolinus: *Tunc Pertinax interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab aliis non fugit.* Itaque si legas δοκεῖς, ita interpretor: ὅσον ἐπὶ τοῖς σκέμμασι, *saltem animo & cogitatione.*

Ibid. D. lin. 7. καὶ τὰ παιδάργια) Al. κατὰ τὰ παδάργια, hoc sensu, ut vero *Seuerus se coniuncturus fuit cum filiis.*

Pag. 313. A. lin. 1. σοφὸς μαιφόντῃ) Alii codices Φυγὰς. Nam & exul quoque Macrinus fuit. Sed quod in versione σοφὸς verti *cantus*, id quidem ei conuenire potest propter astutiam in celanda nece Caracallæ. Verum verti etiam potest *sapiens.* Nam & doctrinarum studiis floruisse dicitur. Sic enim Capitolinus: *Macrinum libertinum hominem, prostibulum seruilibus officiis occupatum*

in domo imperatoria, venali fide, vita sordida sub Commodo, a Severo remotum etiam a miserrimis officiis, relegatumque in Africam, ubi, ut infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dedisse, egisse caussulas, declamasse, ius postremo dixisse.

Ibid. lin. 5. ΣύρεⓄ) Al. ΣεβήρεⓄ. Nam & Alexander Severus dictus est.

Ibid. B. lin. 2. εἶπε ἢ Δίκη) Al. εἶπε τῇ Δίκῃ.

Ibid. lin. 3. μελαίτιοι γεγόνασι) Al. μελεγεγόνασι.

Ibid. C. lin. 3.) Versus Euripidis ex Phoenissis.

Ibid. lin. 6.) Hunc si velis, ita verte: *Aurum hic gestans delitiatur more puellae*; ut exprimas verbum τρυφᾶ.

Ibid. lin. 8. Τάτω δὲ ὁ Ζεὺς εἶπε) Al. Τάτω δὲ ὁ Ζεὺς ὡσπερ τῆς ἐκείσε θοίνης ἐξεβάτην, aut ἐξέβη, siue ἐκβήθη.

Pag. 314. A. lin. 1. 2. ἩλιⓄ δὲ ὁ ἐμᾶ) Aureliani mater erat sacerdos templi Solis: & magnificentum templum extruxit Soli Aurelianus, postquam factus est Imperator. Vide Vopiscum in vita Aureliani.

Ibid. lin. 10. 11. ἐβδομήκοντα πόλεις ἀναστήσας) At Vopiscus non instaurasse; sed recepisse, in vno loco sexaginta, in alio septuaginta vrbes: & si Græca dictio ἀναστήσας ferre potuisset, *recepit*, aut *ab hostium captiuitate vindicauit*, vertissem.

Ibid. B. lin. 4. τῶν Φονέας) Possit hic locus ita verti: Probum sicarios, vel principum interfectores, scilicet Taciti & Aureliani, supplicio affecisse; de qua re vide Zosimum lib. 1. & Vopiscum in Probo. Caterum ad nostram interpretationem facit, quod idem Vopiscus ait in Caro, *Carum Probi mortem acerrime & constantissime vindicasse*.

Ibid. D. lin. 5. εἰκῶς) Al. ἔοικεν.

Pag. 315. A. lin. 1. σπυδαῖα) Præter Græca addidimus: *leuibus nonnunquam miscere*, quæ tollat qui volet.

Ibid. Ἐτι διαλεγομένων) *Quum adhuc illi inter se colloquerentur*.

Ibid. C. lin. 3. παντοίως) Al. πανταίαν.

Ibid. C. lin. 11. παραφύελαι) Al. παραφέρελαι.

Pag. 316. A. lin. 8. 9. διαπειράσθαι) Al. διαπηρᾶσθαι supple ἢ παρασκευῆ.

Ibid. B. lin. 8. ἀποπειρασώμενοι) Al. ἀποπειρώμενοι.

Ibid. lin. 9. δεόμεθα) Al. τιθέμεθα. Hoc verbum absolute positum pro κρίσιν τιθέμεθα *iudicium proponimus*, mihi insolens visum est. Itaque δεόμεθα, quod in duobus exemplaribus inueni, legere malui.

Ibid. C. lin. 1. 2. καλαλαδῶν) De Caracalla loquitur.

Ibid. D. lin. 1. τεθαυμάκασι) Al. τελευκάαν, α τεύχω.

Ibid. lin. 9. 10. λέγων) Al. λέων.

Pag. 317. A. lin. 1. οἰχονῆλαι) Al. οἰχωνῆλαι in subiunctiuo.

Ibid. C. lin. 3. σεμνός) Al. σεμνός, ἔχων καὶ τὸ πρόσωπον.

Ibid. D. lin. 6. εἰσάγωμεν) Al. εἰσαγάγωμεν.

Pag. 318. C. lin. 2. ὄρα, ὦ Πόσειδον, μὴ νομίσαντες) Al. ἀλλ' ὅπως μὴ νομίζοντες.

Ibid. D. lin. 4. ἐκήρυττεν) Præconia versibus fieri solita indicat Lucianus in Ioue tragædo, his verbis: Ἀποσεμνῦνάι Φημι δεῖν τὸ κήρυγμα μέτροις τισὶ, καὶ μεγαλοφωνίᾳ ποιητικῇ, ὡς μᾶλλον συνέλθοιεν. Sed præconium, quod apud Lucianum eo loco habetur, versibus hexametris constat. Hoc vero versibus anapaesticis, opinor, a variis auctoribus desumptis, & a Iuliano ad suum propositum accommodatis, quæ Græci παραρθεῖν dicunt. Nam est versus scilicet καὶ πολέμοισι, δάϊον ἔχῃ, quem obseruari ab Euripide desumptum. Non omittendum;

plerosquē in ea esse opinione, ut hi Anapæsti non quatuor constantes pedibus, sed duobus, legi debeant, hoc modo:

Ἄρχει μὲν ἀγῶν
Ὅ τῶν καλλίστων
Ἄθλων ταμίας·
Καιρὸς δὲ καλεῖ
Μηκέτι μέλλειν.
Ἄλλ' ἀκρόντες
Τὰν ἡμέτεραν
Κήρυκα βοᾶν,
Οἱ τὸ πρὶν βασιλεῖς
Δαλωσάμενοι
Ἔθνεα πολλὰ,
Καὶ πολέμοισιν
Δάϊον ἔγχε
Θήξαντες, ὁμῶς
Γνώμης τε μέγαν
Πινυλόφρονα νῆν,
Ἴτ' ἐς ἀντίπαλον
Ἰσάτε κείσιν,
Οἱ τε φρόνησιν
Τέλῳ ὀλβίσης

Θέμενοι βιότης,
Οἷς τ' ἀντιβίς
Κατὰ πόλιν ἔρξαι
Καὶ χρυσὰ φίλκας
Τέκμαρ βιότης
Νενόμισο καλῶς
Τέλῳ, ἡδίστην
Τ' ἀπόλαυσιν ἔχειν
Τέρματα μόχθων,
Δαῖτας τε γάμους
Ἄουμασι τερπνὰ,
Μαλακὰς τε φέρειν
Ἐσθῆτας, ὁμῶς
Λιθοκολλήτοις
Περὶ χεῖρας ἄκρας
Ψελίοισι, Φάνη
Μακαριστότατον.
Νίκης δὲ τέλῳ
Ζηνὶ μελήσει.

Pag. 320. A. lin. 10. ἀπὸ τεισχιλίων) Sic Dionysius Halicarnass. lib. 2. Antiquitat. Roman. Cæterum numerus colonorum missorum magnus a principio ad paruum redactus est: tria millia peditum, trecenti equites.

Ibid. C. lin. 10. ἐν τῇ Καρῶν μοίρᾳ) Erat ignobile militum genus, calones nempe. Vnde proverbum, *in Care periculum*.

Ibid. D. lin. 3. ἐτρέψαντο) Al. ἐτρέποντο.

Ibid. lin. 5. Ἰταλὸς) Hæc vox deest in vno exempli.

Pag. 321. A. lin. 7. Ἰσθίων) Al. Ἰσραίων aut Ἐδίων, quæ lectio mihi satis probaretur. Reliqua quæ sequuntur nota sunt ex commentariis Iulii Cæsaris, & Plutarcho in Iulio.

Ibid. D. lin. 9. Καί τοι ἢ τί τοσῶτον ἦν) Al. καί τοι ἢ τοσῶτον, aut ἢ ταῦτο ἦν;

Pag. 322. A. lin. 2. τὸ λέγειν ἐξεμελέτησα) Al. ἐξεμέλησα. Fortasse non vult dicere, Cæsarem minime facultate dicendi valuisse: nam & inter oratores sui temporis est habitus, teste Cicerone in Bruto; sed, ad dicendum præmeditatum non accessisse.

Ibid. C. lin. 5. ἀκροώμεν) Sic & Plutarchus; sed Suetonius, animaduersa Alexandri magni imagine, cap. 7. in Iulio.

Ibid. lin. 8. μετὰ τῶτο) Al. μέγας ἴκνομα.

Ibid. D. lin. 1. ὀνομαστότατον) Al. ὀνομαστότατον.

Ibid. lin. 6. Κρασοὶ καὶ Λέκιοι) Al. Κρασοὶ καὶ Λέκιοι. Scilicet Crassum & Lucium Gellium innuit. Vid. Plutarch. in Crasso & Appian. Bell. ciuil. lib. 1.

Pag. 323. A. lin. 3. μείονα) Al. μείζονα, hoc sensu, ut in prima editione vertimus, *comparatione alicuius eorum, qui ante eum fuerunt, maiorem*.

Ibid.

Ibid. lin. 11. ἐπεγράφη) Al. ὑπογραφήν.

Ibid. B. lin. 9. παρέδωκεν) Al. παρέδωκεν.

Ibid. C. lin. 2. καὶ γὰρ ἐν ἐνδείᾳ) De pugna ad Dyrrachium commissa, ut lego, loqui videtur.

Ibid. γέγονας) Al. γέγοναι.

Ibid. lin. 5. ἠτήθης) Sensus, ita legendo, constare credo non potest.

Ibid. lin. 8. τρίβειν τὸν πόλεμον, ὑπερετίθετο τὴν μάχην) In prima versione ita transtulimus: *sive quando oportebat bellum ducere, praelio congressus est.* Atque hæc interpretatio magis sententiæ & historiæ convenit, quam Græcorum verborum propriæ significationi. Certum enim est ex Appiano, & Plutarcho, & reliquis auctoribus, Pompeium non prudentis ducis officio functum, qui pugnandi copiam in Pharsalia Cæsari fecerit, quum Cæsar in his locis esset, in quibus penuria rerum necessariorum facile opprimi posset.

Ibid. D. lin. 4. ἐνέδοσαν) Al. ἐνέδησαν aut ἐνέβησαν.

Pag. 324. B. lin. 3. πολεμωθέντας) Al. πολεμηθέντας.

Ibid. lin. 8. 9. ἠνίκα ἠμαρζε) Al. ἠνίκα ἐν ἠμαρζε, afflictis etiam Græcorum opibus, ut in prima versione.

Ibid. D. lin. 4. παρὰ σδ) Al. περὶ σδ.

Ibid. lin. vlt. ὑμνηθέντων) Al. ὑπομνηθέντων, ὡμως δέ.

Pag. 325. C. lin. 8. ἔλασσον) Al. ἔλκυσον. Cæterum vide Suetonium in Augusto cap. 16.

Pag. 326. A. lin. 5. ἐμαυτῶ) Al. ἐπ' αὐτῶς. Et ita lego. Quantum ad ea, quæ sequuntur, de Athenodoro, vide Plutarchum in Apophthegmatis, Suidam in Ἀθηνοδώρῳ, Zosimum lib. 1. de Arrio, Plutarchum in Antonio, & eundem Iulianum in epistola ad Alexandrinos, quæ & a nobis edita & in Latinum versa est.

Ibid. C. lin. 3. ὄρεια) Eadem Suidas & Zosimus.

Ibid. D. lin. vlt. καὶ πολεμώμενον) Antonium notat.

Pag. 327. A. lin. 11. δυνάμενον λέγειν) In omnibus exemplaribus ita legitur: sed Græce dici δυνάμενον λέγειν non puto, malletm δεινός.

Ibid. B. lin. 2. Σέρα) Is fuit Traiani quæstor, cuius consilio rempublicam, & maxime quæ ad togam pertinebant, administrabat. Vide Dionem in vita Traiani.

Ibid. D. lin. 1. περισβάλλειν) Al. περισλαβεῖν.

Ibid. lin. 6. Ζάμολξις) De Zamolxide vide Suidam in dictione Ζάμολξις & Ὀχ.

Ibid. lin. 9. ἢ τὰς ἀποδημίας) Dubium non est, legendum οἱ τὰς ἀποδημίας, non ἢ. Nam alioquin sensus constare non potest; quamvis in omnibus exemplaribus ἢ legatur.

Ibid. ὑπομένεσιν) Al. ἀπομένεσιν.

Pag. 328. A. lin. 4. περὶ τῶν) Al. περὶ πάντων. etiam περὶ προλείων.

Ibid. B. lin. 11. ἀρχομένον) Ita legendum, non ἐρχομένον vel ἐχομένον.

Ibid. D. lin. 3. λέγειν δ' ὅπερ χρηρὴ καὶ σιγαῖν ὅπη καλόν.) Versus Euripidis citatus Plutarcho in libro περὶ τῆς ἀδολεσχίας & περὶ τῆς Φυγῆς.

Pag. 329. A. lin. 5. Φόρες γὰρ ὡσπερ) Pagani Constantinum infectantur; quod se ad Christianam religionem contulerat, & tria praecipue illi vitio vertunt: quod ab Aegypto Episcopo persuasus, ut expiationem caedum uxoris & filii consequeretur, Christianam fidem fuerit amplexus; quod chrysfargyron, tributi genus est, instituerit; & quod imperii opes in luxus profuderit. De his vide Zosimum lib. 1. Euagrium lib. 3. cap. 39. Itaque in prima versione interpretatus sum Φόρες ἐτέλελέκει, tributa instituerat, de chrysfargyro nimirum locum intelligi volens. Putabat Marschallus τελῶ hic significare ἀναλίσκω, consumo, tributa consumserat. Sed ut vulgarem verbi τελῶ, quod est *pendo*, significationem sequerer, duabus potissimum de causis sum adductus: Primum propter ὡσπερ, quod actum non perfectum denotat, id est, quodammodo. At chrysfargyron instituit Constantinus, non fere, sed omnino; quae institutio usque ad Anastasium secundum duravit, auctore Euagrio. Deinde certum est ex Zosimo, Constantinum barbaros ad suum auxilium, & suarum partium praesidium acciuisse, hisque stipendia toto imperii tempore dedisse, quod est fere illis tributa pendere.

Ibid. lin. 8. ὅτι τὰ αὐτῶ πρόθυρα) Lege αὐτῶς, nam αὐτῶ subsistere non potest.

Ibid. lin. 9. αὐτῶς) Al. αὐτίκα.

Ibid. B. lin. 1. τῆς νίκης) Al. δίκης.

Ibid. C. lin. 2. προσημειώσιν) Al. προέτιο.

Ibid. lin. 8. 9. Ἀδωνίδος κήπεος) Sic Suidas. Adonidis horti constabant lactuca & fœniculo, quae in testis serebant. Utuntur proverbio de rebus immaturis, aut intempestivis & leuibus, non radicatis, non diuturnis, & in superficie tantum hærentibus. Vide Athenæum lib. 4. cap. 8. & Arriani Epictetum.

Pag. 330. A. lin. 4. καὶ πάντων αὐτῶν καταβοῶσα) Al. καταλαβῶσα.

Ibid. lin. 7. ἔλεγεν) Al. ἔλεγον.

Ibid. ἔδοξεν) Al. ἔδοξαν, decreverunt.

Ibid. C. lin. 9. 10. τῶν διαλεκτικῶν κυκλίδων) κυκλῆς est θύρα ἢ διασηρῆς. Sed κυκλῶν fortasse legendum: κύκλοι enim sunt argumentationis dialecticæ genus.

Pag. 331. A. lin. 4. ἐτρώθης) Al. διετρώθης.

Ibid. lin. 11. Ὀμηρικόν) citatur Homerus Iliad. x.

Ibid. B. lin. 2. πῶς σοί γε ἐφέπεσθαι) Al. ἐφέρεσθαι μικρῶ νεκροί.

Ibid. lin. 4. Ἐυριπίδης) citantur Euripidis versus ex Andromache.

Ibid. C. lin. 10. πρῶτεύειν) Al. σορεύειν.

Ibid. D. lin. 4. 5. πολεμικὴν ἐμπειρίαν, ἢ πολιτικὴν δύναμιν) Forte πολεμικὴν δύναμιν καὶ πολιτικὴν ἐμπειρίαν.

Pag. 332. B. lin. 9. 10. ἐτὸν τυχόντα) Ita restituimus, quum legeretur antea ἔται τυχόντα.

Ibid. D. lin. 1. τόλμαν μὲν) Plutarchus in Apophthegmatis diuersè a Iuliano hoc refert, scilicet Octavianum precatum fuisse nepotibus benevolentiam Pompeii, virtutem Alexandri, & suam fortunam.

Ibid. lin. 5. δεόμενα) Nos δέοντα: nisi forte quis velit interpretari δεόμενα, imperfecta, impolita, simulacra, opera.

Ibid. lin. 6. κροπλάτης) Al. κροπλάτης. Vide Suidam in dictione κροπλάτης, & hoc loco lin. 4. etiam nonnulli pro σωτήρων legunt δολήρων: sed prius melius. Deos enim salutare & tutelares Cæsares existimabant, ut Iulium, Augu-

Augustum, & reliquos. Tacitus lib.1. ab excessu Augusti: *tua, Dine Auguste, caelo recepta mens* &c. Quin & reges & principes σωτήρες dicebantur. Cicero in Verrem 4. *Itaque C. Verrem non solum patronum istius insulae, sed etiam σωτήρα vidi inscriptum.* Sic & Antiochus σωτήρ. Quid si ironice istud ὄντως intelligas?

Pag. 333. A. lin. 7. ἡτλήθησιν) Existimo legendum ἡτλητήθην τι τῶν ἀγενεσέ-ρων; *cur igitur ignobilissimis vos perturbationibus succubistis? ille enim* &c.

Ibid. B. lin. 2. ἀλλ' ἀπ' ἐκείνων) Al. ἀλλ' ἀπέχων ἔχε σοι. Al. ἐπ' ἐκείνων εἶχες χάριν. Nonnulli ἔχωσι. Duæ postremae mendosæ sunt, prior tolerari potest.

Ibid. lin. 6. 7. τετραγών) Aristot. lib.1. Eth. cap.10. καὶ τετραγών) ἀνευ ψόγῃ, nec adiicit τετυγμένον. Versus est hic perfectus:

ἀνὴρ τετραγών) ἀνευ ψόγῃ τετυγμένον.

Plato in Protagora sic ait Χέρσι τε καὶ ποσινόω τὸν τετραγώνον.

Ibid. lin. 9. σοβαρὸν) Al. Σεβήρε.

Ibid. D. lin. 8. ἀναθυμιάσεων) Intellige calidas & siccas. Vide Aristot. cap. 5. & 6. lib.1. Meteor. & toto lib.3. de his agit.

Pag. 334. A. lin.1. ὑπέλασον. ὀλίγον) Alii ὑπερβαλλόμενον) ὀλίγον. & hic punctum addunt.

Ibid. lin. 8. ἐδενὸς ἐδέξ) Al. ἐδὲν ἐδέξ.

Ibid. B. lin. 2. τοῖς παῖ) Al. πῶ παῖ.

Ibid. lin. 8. Ὀμήρω) Locus ex Homero Iliad. ζ.

Ibid. C. lin. 4. πάλαι ἀν) Itidem locus ex Homero Iliad. ε. in fin.

Ibid. ἐβεβλήμην) pro ἐβεβλήσω restituiimus.

Ibid. lin. 6. ἄλλως τε) Al. ἀλλ' ὡσε.

Pag. 335. A. lin. 2. ἐσὶν ἢ ἐυλογον) Al. ἢ ἀλογον. Si ita legas, ἀρξασθαι interpretandum erit *imperare & moderari*. Hæc lectio diuersum efficit sensum, sicut & ea quæ sequuntur, τὸ δὲ πολλῶν γινόμενον. Nam forte notat eos, qui spre- tis suis, ad alienos imperia transmiserunt.

Ibid. B. lin. 6. 7. κομμωτείας) Al. κομμωθειας.

Pag. 336.) Hæc refelluntur a Sozomeno lib.3. Hist. ecclesiast. cap.5. Eua- grio lib. 3. cap.40. & 41. & Cyrillo lib. 7. aduersus Iulianum.

